Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



177

n. 4.

Celeberrima inter ~~eruditos~~ genealogos quæstio est, an Bertholdi Andecenses Comites tres, an quatuor admittendi sint. ~~Qui quatuor admittunt, vel primum, vel secundum, vel tertium distinguunt in duos.~~ Quatuor admittunt Aventinus, Pusschius, Albitius, Hundius, Burglechner, / Bucellinus, Fran. Brandisius, Jac. Schmidus (qui duo duos Bertholdos Meraniæ Duces faciunt, quorum I anno 1192 in arce Teriolensi defunctus fit) Kœllerus in Dissert. de Dueibus Meraniæ, et Pöschmannus Dissert. de origine Fund. Stams. aliique, ut patebit, numero plures. / Brunner,

Tres solos Bertholdos Andecenses (Bertholdum Patriarcham non connumerando) agnoscunt Arenpeckius, Epitaphium Diessense, quod vide ad c. IX Addd. 151. Calendarium Diessense apud Hundium in Stemmatol. Bav. hæc habet: Berchtoldus de Andechs Marchio, filius Berchtoldi Comitis, fundatoris Ecclesiæ nostræ, obiit Anno 1188 (lege 1184). Jac. Brandisius in Hist. Capitan. Tirol. p. 7, duos tantummodo ponit Bertholdos, I Comitem, et alterum Meraniæ Ducem, inter quos tamen necessario inserendus Bertholdus Marchio Istriæ. Schœnlebius in Anno sancto Austr. ad 15 Oct. / Car. Schœffenius in Staats-Geschichten von Franken. cl. Froelichius et cl. Corninus in Tent. geneal. Com. Goril. item in Archont. Carinth. cl. P. Ferd. Kellertshover Canonicus Damasianus, et cl. ~~Chro~~ ampl. ~~regentibus Pöhlinganus, quem ipsum amplissimum Præsulem Salisburgensem~~ Franciscum Töpfelium esse non dubito, cujus verba, quæ me ad hanc tandem sententiam permoverunt, / Præsitus Pölinganus doctissimus in Chron. Pölling. cujus

recito: quidam -- IV Bertholdos cum eruditis Benedictinis Andecensibus, Joanne Davide Kœlero, et aliis Arbori genealogicæ Comitum Andecensium affingunt, cum non fuerint, nisi tres Bertholdi, Stemmatis hujus nobilissimi propagatores, ut etiam ex aliis certis indubitisque documentis complurimis, quæ in celeberrima Canonia Diessensi asservantur, demonstrari potest, et actu in quadam Dissertatione de tribus Bertholdis Stemmatis Andecensis Propagatoribus mecum communicata eruditissime ex meris Documentis domesticis demonstravit V.C. Ferdinandus Kellertshover, modernus Celeberrimæ illius Canoniæ Decanus dignissimus. Tres igitur Bertholdos Andecenses statuimus, Bertholdum I, qui anno 1151, II, qui anno 1188, et III ~~Ducem Meraniæ~~ Comitem, Marchionem et Ducem, ~~statuimus~~ sed alteri eorum duas uxores nox tribuemus. / Comitem, / Comitem et Marchionem,

6) Præter Andecium in Bavaria situm, Bertholdus II etiam Comitatum Neuenburgensem ad Arum et Skardingam possidet; in Franconia item bona complura. Quo jure autem; ~~ex stemmate materno~~ ex genealogia tum matris, tum uxorum ejus patebit.

Mater Bertholdi II, seu Bertholdi I uxor fuit Sophia de Ammerthal, inter Calendario Diessensi relata Hundius Stemat. Bav. Schœffenius Staatshist. von Franken p. 243; qui dein p. 249 ejusdem Sophiæ parentes exprimit ~~ut~~: uns dermahlen genug ist, daß Graf Otto von Sulzbach eine Tochter, Nahmens Sophia, hinterlassen, welche an Bertholdum, Grafen von Andechs, verheyrathet